

7948 Οὐάλος¹ Γα[β]ίνιος, | χαῖρε. | Vaalus Gabin[ius] | heic situs est².

Avennione (XII 4058 vidit Hirschfeld). — 1) *Vaalus sive Valus Mommseno creditur id ipsum nomen quod est in fluvio Vacalus (Caes. b. G. 4, 10).* — 2) *De his similibusque locutionibus dixit Church Archiv f. lat. Lexikographie 12, 1902 p. 216 seq.*

7949 M. Eppius Q. f. | Gal. hic situs est, anno|rum gnat.¹ | XXIII. Prope Torrellam agri Compsini (IX 4017 vidit Dressel). — 1) cnat. lapis.

7950 C. Vavidius C. l. | Menophilus, situs; | C. Vavidius C. l. Stabilio, | situs.

Canusii (IX 403 ad exemplum Canusini alicuius).

7951 L. Caesius Secundus | hic est sepultus¹.

Romae, nunc in castello quodam Angliae (VI 13996 vidit Matz). — 1) *Sic etiam supra N. 6344, 7650 (heic est s.) et alibi passim.*

7952 L. Maenius Q. f. | Ani., sepultus.

Sublaquei (XIV 3460 vidi).

7953 Statia C. f., | sepulta.

Romae (VI 26820 vidit Stevenson).

7954 Pomponiae | Octavae hoc | loco humátæ | et Telamon. | Telamonis f.

Roma ut videtur in Siciliam advecta (VI 24669 vidit Mommsen).

7955 C. Iulius Thamyrus, | M. Annus Philipp., | filius et pater, | hic erunt.

Romae, iam Veronae (VI 20505 vidit Mommsen).

7956 Valeria L. f. Successa | Narbonensis, hic.

Romae (VI 28278 vidit Henzen).

7957 A. Titinius A. l. Scymnus | Corda heic cubat¹.

Romae rep. ad viam Appiam, est Mediolani (VI 27477 vidit Mommsen). — 1) *Adde N. 7480 cet.; 8194.*

7958 Truttedia hic | cubat, P. Truttedi | Amphionis lib. | nomine servile Appia; | patronus emit sibi et | illae et sueis. In f. p. XIV, | in ag. p. XIII.

Budrii prope Bononiam (I 4429. XI 690 ter ut videtur descripta saec. XVIII).

7959 C. Annus C. l. | Lepos vixit an. XXVIII, | obiit VII idus April. C. Caesare | L. Paullo cos.¹, hic situs adquiescit².

Romae rep. in monumento Anniorum, cf. supra N. 7852 (VI 17398 vidit Detlefsen). — 1) *A. p. C. 4.* — 2) *Similiter supra N. 7258 cet.; in suo hic requiescit supra N. 7720.*